



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 18. Feruenti aqua fides defensa, hæresis vsta, miraculo item mirando,  
non imitando.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

tam, vim comburendi diuinitus accepisse;  
 & virum sanctum, ab hoc genere probatio-  
 nis non abhorruisse, vxoremque eius ad a-  
 quæ tribunal secutam, *condictitia actione*  
 damnatam. Et nemo vtique hîc calumniæ  
 caussa litem intendet, vt rem dicat malis  
 artibus procuratam. Impius sit, qui de san-  
 cto talia suspicetur. Quid ergo? num omni-  
 bus licebit, quod licuit Sanctis? nequaquã.  
 Scribuntur illorum vitæ, vt eorum virtutes,  
 non vt miracula imitemur. Contrarium fa-  
 ciunt peruersi: mores illorum fugiunt, ho-  
 nores ambiunt. Hinc æmulos vitæ paucos,  
 plurimos habent dignitatis. At vera digni-  
 tas in vitæ integritate consistit, non in ja-  
 ctantia miraculorum. Quamuis & miracu-  
 lis nonnullos DEVS ornet; sed ornat, quos  
 vult, & cum caussas habet, fidei miraculis  
 conciliandi auctoritatem.

## §. XVIII.

*Feruenti aqua Fides defensa, heresis vsta, mi-  
 raculo item mirando, non imitando.*

Qualem habuit, Diacono Catholico, cum  
 Presbytero Ariano disputate, & ad fidei ve-  
 ritatem comprobendam, apud S. Gregoriũ  
 Turonensem, sic prouocante: *Factis rei ve-  
 ritas approbetur, succendatur igni aeneo, & in  
 feruenti*

S. Gregor.  
 Tur. lib. 1.  
 de glor.  
 Mart. c. 81.

feruenti aqua annulus alicuius proijciatur, qui  
verò eum sustulerit ex vnda feruenti; ille iu-  
stitiam consequi comprobetur. Feruentior fuit  
huic animus, quàm constantior; & fortasse  
scopus etiam melior, quàm modus actionis.  
Hinc, ne fides succumberet, miraculo DEVS  
censuit mentem nutantis corrigendam. Ac-  
ceperat enim conditionem hæreticus. Sed  
Diaconus, ob præcipitatum subito impetu  
sententiã, diffidentia têtatus, nescio quibus  
vnguentis brachium manúmque; illeuit. Ste-  
terant iam vtrinque, ad iudicium experiun-  
dum, accincti athletæ; cùm hæreticus metu  
pallidus repètè periculum subire detrectat:  
Catholicus verò brachium exserit, sed vn-  
guentis delibutum. Quod vbi vidit alter,  
magnis vocibus, exclamauit: *Aduersarium  
magicis artibus, non Fidei, confidere. dolum sub-  
esse. conditionem cadere.* Oritur altercatio:  
& fere etiam scandalum. Nam & Catholi-  
ci, qui confluerant, dicebant, sibi id genus  
disputandi non placere; nec miracula arti-  
bus simulanda. Ita temeraria prouocatio  
propemodum in periculum maximum ad-  
duxisset religionis auctoritatem. Tempus  
ergo fuit, vt DEVS malè cœpta, bene fini-  
ret, ac fortiozem huic certamini athletam  
succen-

succenturiaret. His itaque litigantibus su-  
 peruenit Diaconus alius ab urbe *Rauēna*, *Hyacinthus* nomine, scitansque, quæ esset hac alter-  
 catio; ut veritatem cognouit, nec moratus, ex-  
 tracto è vestimētis brachio, in aneum dexteram  
 mergit. Annulus autem, qui iniectus fuerat, e-  
 rat valde leuis ac paruulus, nec minùs fereba-  
 tur ab vnda, quàm vento ferri posset vel palea.  
 Quem diu multumq; questum, infra vnius  
 hora spacium reperit. Accendebatur interea  
 vehementer focus ille, sub dolio, quò validius  
 feruens nō facile posset assequi annulus à manu  
 quærentis; extractusq; tandem. Nil diaconus  
 sensit in carne sua: sed potiùs protestatur, in imo  
 esse frigidum aneum; in summitate verò calorē  
 teporis modici continentem. Quod cernens ha-  
 reticus valde confusus inicit manum audax in  
 aneo, dicens: *Præstabit mihi hoc fides mea.* Inie-  
 cta manu protinus, vsq; ad osium internodia,  
 omnis caro liquefacta defluxit, & sic altercatio  
 finem accepit. Facta hæc, nemo inficiatur: &  
 facta, ingenti miraculo, agnoscimus liben-  
 ter; ut in eadem aqua religio vera incolumis  
 esset, falsa autē damnaretur. Sed num imi-  
 tanda? nequaquam. Non omne tempus,  
 nec omnis locus, est tempus, aut locus mi-  
 raculorum. Neque *DEVS* ad prodigia alligatur;

gatur; potest fidem alijs quoque rebus a-  
struere; immo, justissimè miracula negat,  
vbi sunt, qui ea intempestiuè exigūt. Vnde,  
dicentibus Scribis & Pharisæis, *Magister,*  
*volumus à te signum videre,* respondit: *Gene-*  
*ratio mala & adultera signum quarit: & signū*  
*non dabitur ei, nisi signum Iona Propheta.* Et  
*Herodes, viso IESV, gavisus est valde. Erat enim*  
*cupiens ex multo tempore videre eum, eò quòd*  
*audierat multa de eo, & sperabat signū aliquod*  
*videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum*  
*multis sermonibus. At ipse nihil ei respondebat.*

Matth. 12.  
38.

Luc. 23. 8.

§. XIX.

*Sagarum, in aquis natantium, iudiciariam*  
*explorationem non modò illicitam, sed*  
*etiam contra rationem esse.*

Discunt hinc miraculorum intempestiui  
fititores, D E V M prodigia exhibere, quan-  
do ipse vult, non quando ipsi. Patrata  
sunt, ea quidem, per diuini spiritus viros,  
sed DEI jussu, non libitu curiosorum; atq;  
ad veritatem, non ad vanitatem stabilien-  
dam. Multa, in Sanctis suis, mirari nos vult  
DEVS, non imitari. Quare mirari satis non  
queo quorundam hominum iudicia, qui,  
cùm à Sanctorum vita procul recedant, ta-  
men eorum miracula non verentur affecta-

P re.

s. s.  
Hya-  
alter-  
, ex-  
eram  
at, e-  
reba-  
palea.  
vnius  
terea  
alidius  
manu  
aconu  
in imo  
calore  
ns ha-  
dax in  
Inic-  
nodia,  
ercatio  
tur: &  
liben-  
olumis  
n imi-  
mpus,  
us mi-  
a alli-  
gatur;